

USUS E VERSU X.

(1) *Malum consilium consultori pessimum: venenum aliis propinandum non raro ipsos peremit pra perimendis aliis autores* Psal. IX, 17. Sir. XXVIII, 28.

[2] *Labia & Lingva multos labores, molestias ac clamna creant saepe proximo: vid. praec. VIII. Sirac. XXVIII, 15. 1. Sam. XXVI, 19.*

(3) *Obteguntur vel obruuntur impii suismet infortuniis, adeo, ut eluctari nequeant omni sua astutiâ nequitiisque fortissimis.*

(4) *Quouaque Imprecatio, (quanquam b. l. potius praedictio habeatur,) permessa sit contra persecutores, v. in Locò de Precibus.*

USUS E VERSU XI.

(1) *Carbones, ignis, foveæ, crudelitatem penarum horroresque depingunt, non speciatim res nominatas ipsas.*

(2) *Qui sapit, metuit, tempestivèque reconciliationem querit.*

(3) *Qui semel his tactus est Dei irati plagis, ex iisdem hautquaquam furgit vel eluctatur.*

USUS E VERSU XII.

[1] *De lingvæ abusu* Jac. III, 1. seqq. vid. praec. VIII.

(2) *Quanquam Facundi & Eloquentes multoties sua*

A elabantur lingua volubili, nequaquam tamen stabili-entur firmiter: imminet exitium. conf. Jud. VIII, 16. Pf. XV, 4. Cl, 5. XXXVII, 9. 33.

(3) *Lingvam pravam comitari solet Manus violenta & iniqua.*

(4) *Qui instar Venatorum agitarunt pios, agitantur & ipsi à sui similibus, justò Dei judicio immisfis* Conf. Luc. VI, 38.

USUS E VERSU XIII.

[1] *Fides scit. b. e. non fluctuat in hanc illamque partem, promissione praesertim dilatâ aliquantisper, sed ex principiis Verbi immotis est certa: Psal. CXXXV, 5. Jac. I, 6. L. de Fidei certitud.*

[2] *Infallibiliter imminet Dei Judicium pro Paupere, quò detegatur hujus innocentia, oppressoresque promeritas referant penas. Instat Judicium & particulare, & universale: v. L. de Judicio extr.*

USUS E VERSU XIV.

(1) *Judicii divini consequens est Justorum exhilaratio praconiumque laudum divinarum publicum: de quo praec. II.*

B (2) *Rectitudini & sinceritati studendum sedulo.*

(3) *Pulsis mundanis à sua sede, fideles coram divinâ facie paterna manebunt in aeternum: Psalm. XVII, 15.*

PSALMI CXLI. DISPOSITIO.

Sacrificium Deo gratum. Recta edoce: falsi cadant.

E St hic precatio, tum (A) generatim, pro exauditione: (1) *Domine: (2) invocavi te. (3) prospera ad me. (4) audi vocem meam clamantem. v. 1. (5) oratio mea comparata sit instar suffitus aut oblationis vespertinae. v. 2.*

(B) tum speciatim: (a) pro gubernatione sermonis, v. 3. (b) pro custodia cordis; ne declinet ad malum: (c) pro directione operum, ne cupiditates aut cogitata erumpant in ipsa opera iniqua. (d) confortii; ne operariis iniquitatis associetur: ne (e) deliciis eorundem inescetur: v. 4. (f) quin potius justorum cor-

reptione salubriter emendetur: v. 5. (praesertim cum orationi adhuc contra mala incumbat Psaltes constanter: *ibid.*) (g) contra pravorum antesignanos seu Judices, ut iidem de petra precipitentur, cujus supplicii additur tum consequens: *ut sermones mei superstitibus fiant jucundi: v. 6.* tum causa impellens: *ossa nostra prope sepulcrum dispersa sunt instar assularum apud lignifissores: v. 7.* (h) *ne denudes animam meam: ratio, ad te, Domine, oculi mei: in te speravi: v. 8.* (i) *custodi me ab insidiis: v. 9.* (k) *impii propriis capiantur retibus: (1) ego vero evadam indemnis: v. 10.*

PSALMUS CXLI.

EXPLICATIO VERSUS I.

מוסר *Psalmus:*) Mos Graecorum erat, vesperi semper expiare vel deprecari peccata quotidiana per hunc psalmum; alium verò habebant manè. sic *Vicarsius* è Chrysofomo. quem Chrysofomi textum prolixè refert Crojus *obs. N. T. p. 99.* Quis vero matutinus fuerit quotidie, docent Constitut. apost. *1. 3. c. 63.* nempe LXIII. pro quarum tamen autoritate non decertabimus hac vice.

קראתיך *invocate:*) h. e. tibi peccatore filiali omnem meam committo fortem, conatus atque actiones, à te peto gubernationem, praesidium, è periculis ereptionem. Tempus praeteritum pro praesente, ob actus continuitatem, p. 26. *Clamandi* verbo simul desiderii indicatur fervor, devotio, constantia. Vide *Psal. XVII, 6. XXXI, 18. LXXXVIII, 10. CXIX, 146. CXXX, 1.* ubi idem hoc **קראתיך** reperitur.

רושה *festina ad me:*) ita *Pagninus*, declarat

h. m. David suum tum desiderium, quodammodo impatiens, tum de se suisque viribus desperationem, tum periculorum, si auxilium differatur, vehementiam. Similem à Deo properationem eodem hoc verbo & alibi psaltes rogat, v. g. *Psal. XXII, 20. XXXVIII, 23. XL, 14. LXX, 2. 6. LXXI, 12.* Confer etiam *Psal. LXIX, 18. LXXIX, 8. 9. CII, 3. LXLIII, 7.*

אודי *audi vocem meam:*) h. e. opere ipso te precibus meis commoveri manifesta, gemitus meos admitte benigne, cito, efficaciter. *Audi i. e. exaudi; simplex pro composito. Vide etiam Psalm V, 2. CXL, 7.*

EXPLICATIO VERSUS II.

תפן *sit stabilis:*) ita *Pagninus*, statuatur, *Janus & Piscator.* Tam grata fiat precatio mea, quam est &c. *Campensis.* Belgæ: werde gestellt. Lutherus olim: müsse zu dir gefordert werden / postea. müsse für